



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocavsti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis  
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,  
feruenterq. celebrandum disponatur**

**Poiré, François**

**Romæ, 1639**

Desiderium, & Amor.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](#)

334 *Die Sabbati*  
fus meos in semitistuis  
Fac me odio habere  
omnem viam iniquita-  
tis, viam iniquitatis  
amoue à me, facque  
me propitius viam ve-  
ritatis eligere.

*Desiderium, & Amor.*

**S**ed tu, vbi interim  
habit, vbi requie-  
scis, Sponsor meus, &  
fideiussor meus? O dul-  
cedo amoris, & amor  
dulcedinis: comedat  
te venter meus, & ne-  
stare tui amoris reple-  
antur

*Desid. & Amor. 235*

antur viscera mea , &  
eructet mens mea ver-  
bum bonum . Caritas  
Deus meus, mel dulce,  
cibus, & gaudium , fac  
me crescere in te, vt sa-  
no palato possis man-  
ducari a me. Tu es vi-  
ta mea, qua viuo:spes,  
cui inhereo:gloria, quā  
adipisci desidero . Tu  
mihi cor tene , men-  
tem rege , intellectum  
dirige , amorem erige ,  
animam suspende, & in-  
supererna fluenta os si-  
tientis te spiritus tra-  
he . Taceant (quæfo )  
tumultus carnis. Con-  
tice-

236 *Die Sabbati*

ticeſcant phātaſiæ ter-  
rarum, & aquarum, aē-  
ris, & poli. Faceant  
ſomnia, & imaginariæ  
reuelationes : omnis  
lingua ; omne ſignum,  
& quicquid tranſeundo  
fit. Sileat ſibi & ipta  
anima : & tranſeat ſe,  
non cogitādo ſe, ſed te  
Deus meus : quoniam  
tu es re vera tota ſpes,  
& fiducia mea. Eſt e-  
nimi in te Deo, & Do-  
mino noſtro Iefu Chri-  
ſto dulcissimo, & beni-  
gnissimo, atque clemē-  
tissimo, vniuſcuiusque  
noſtrum & portio, &  
fan-

sanguis, & caro. Vbi  
ergo portio mea re-  
gnat, ibi regnare me  
credo. Vbi sanguis  
meus dominatur, ibi  
dominari me confido.  
Vbi caro mea glorifi-  
catur, ibi gloriosum  
me esse cognosco: quā-  
uis peccator sim, de  
hac tamen cōmunione  
gratiæ non diffido. Et  
si peccata mea prohi-  
bent, substantia mea  
requirit. Et si delicta  
propria me excludunt.  
naturæ communio nō  
repellit.

*Igni.*

*Igniculi pietatis.*

**S**i quis peccauerit  
Aduocatum habe-  
mus apud Patrē Iesum  
Christum iustum , &  
ipse est propitiatio pro  
peccatis nostris. *Io. 2*

Habentes itaque fi-  
duciam in introitu Sā-  
ctorum in sanguine  
Christi quam initiauit  
nobis vitam nouam, &  
viuentem per velamē,  
id est carnem suam, &  
facerdotem magnum  
super domum Dei, ac-  
ceda-

cedamus cū vero cor-  
de in plenitudine fidei  
aspersi corda à consciē-  
tia mala, & abluti cor-  
pus aqua munda tene-  
amus fidei nostræ con-  
fessionem indeclinabi-  
lem. *Hebr.* 10.

Angusta est domus  
animæ meæ: quò ve-  
nias ad eam, dilatetur  
abs te; ruinosa est, re-  
fice eam. Habet quę of-  
fendant tuos oculos,  
fateor, & scio; sed quis  
mundabit eam, aut cui  
alteri præter te clama-  
bo, Ab occultis meis  
munda me, Domine,

&

249 *Die Sabbati*  
& ab alienis parce ser-  
uo tuo? *August. lib. 1.*  
*Conf. c. 8.*

---

POST MISSAM.

*Gratiarum actio, &*  
*Vox laudis.*

*Ps. 102.* **B**enedic anima mea  
Domino, & omnia  
quæ intra me sunt no-  
mini sancto eius. Bene-  
dic anima mea Domi-  
no, & noli obliuisci  
omnes retributiones  
eius. Qui propitiatur  
omnibus iniquitatibus  
tuis,